Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38224
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

111



coniungitur. & omnis homo simili sui sociabitur;
Si communicabit lupus agno aliquando. sic peccator iusto; quae communicatio sancto homini ad canem. aut quae pars bona diuiti ad pauperem.
Venatio leonis onager in heremo. sic pascua sunt diuitum pauperes;
& sicut abominatio superbo est humilitas. sic exsecratio diuiti pauper;
Diues commotus confirmatur a amicis. humilis autem cum ceciderit expellitur & a notis;
Diuiti decepto multi recoperatores. locutus est superba & iustificauerunt illum;
humilis deceptus est. & insuper arguitur. locutus est sensate. & non est datus ei locus;
Diues locutus est. & omnes tacuerunt. & uerbum illius usque ad nubes perducent.
Pauper locutus est. & dicunt quis est hic. & si offenderit subuertunt illum;
Bona est substantia cui non est peccatum inconscientia. & nequissima paupertas in ore impii;
Cor hominis immutat faciem illius siue in bona